Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0001-8

G. q. 210.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0002-3

# Bulla Undecime Seſſionis Refor-
# mationis Predicatorū diuini ver

bi: lecta per. R. P. D. Joannem Epiſcopū Re
ualieñ. Illuſtriſſimorū Principū dñorū Jo-
achim Principis Electoris: ac Alber
ti Magni Magiſtri Milicie or-
dinis Theotonicorū: Mar
chionū Branden-
burgēſiū Ora-
torem.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0004-5

# Leo Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei:

Ad perpetuā rei memoriam/Sacro approbante Concilio. ¶ Superne Maieſtatis preſidio/ꝑ cuius ineffabilē ꝓuidentiā celeſtia/ſimul et terrena dirigunt:ſup Gregē dn̄icū nobis cōmiſſuꝫ: ſpeculatoris offitiū (q̄tū imbecillitati noſtre concedit) exercentes: totaqꝫ mente nobiſcū ipſi reuoluentes. inter alia complura/ et magna ad nos etiam ꝑtinere/ vt munus p̄dicationis: quod in Eccleſia dei precipuū/ac perneceſſariū/magniqꝫ fruct⁹/ atqꝫ vtilitatis:dummō recte/et ex ſincera charitate erga deuꝫ: et proximū/ preceptiſqꝫ/ et exemplis ſanctorū Patrū/ qui hoc ꝓfitentes magna cum fidei fundatiōe/ac ꝓpagatione/plurimū Eccleſie cōtulerunt:exerceat. Quippe quod Redemptor noſter primus fecit/et edocuit: et eius precepto/et imitatione:Duoden⁹ ille Apoſtolorū nūerus/ quaſi totidem celi/dei veri gloriā enarrantes/ꝑ orbem terrarū:vniuerſum genus humanū/quod ſub peccati iugo vetuſta ſeruitute continebat: ſenſim ab eorū tenebris educentes/et ad ꝑpetue ſalutis lucē excitantes: verbū ipſum dei in omnē terram/ et in fines orbis terre/ tum ipſi prius/tum deinde ſui ſucceſſores/longe: lateqꝫ propagauerunt/ altiſſimeqꝫ fundarunt: vt qui nunc tm̄ ſubeunt onus/meminiſſe debeant/ creberrimeqꝫ ſecum reuoluere/preter Auctoris ipſius/ac fundatoris Jeſu Chriſti pientiſſimi Redemptoris/ Petri/etiam et Pauli/ ceterorumqꝫ Apoſtolorū / et domini diſcipulorū ſe vices quo ad hoc offitium ſubire/ac ſuſtinere. Sane fidedignorum relatione precepim⁹/ q̄ nonnulli Predicatores noſtris temporibus (quod dolenter referimus) non attendentes ſe eorū/quos diximꝰ et inſuper ſanctorū Eccleſie doctorū/aliorūqꝫ ſacram Theologiam ꝓfitentiū: qui aſſiſtēdo iugiter chriſtianis/ac ſe falſis Prophetis/rectā fidem

ſubuertere annitentib⁹/opponentes/Eccleſiam militantē illuſtriſſimā prius ꝑ ſe talē eam eſſe manifeſtarūt: officiū exercere: et non niſi vtilia cōcurrenti eorū ſermonib⁹ populo/ad vitiorum extirpationē/virtutū laudem/animarū deniq3 ſalutem fideliū meditanda/et ꝓferenda debere aſſumere: multa tamē/et varia cōtra inſtitutiones/et exempla: que diximus/quādoq3 etiam ſcandaloſa populis p̄dicare qđ mentē certe noſtrā mirum in modū cōmouit/dum nobiſcū mente reuoluimus/ꝙ illi officii imemores ſui in ſuis ſermonibus/non ad vtilitatem audientium/ſed ad ſuam potius oſtentationē laborantes: vanis quorundā auribus blandiunt: qui ad hoc iam deueniſſe apparent/vt verificetur dictū Apoſtoli ad Timotheū ita ſcribētis: Erit eñ temp⁹/cum ſanā doctrinā non ſuſtinebūt: ſed ad ſua deſideria iugiter coaceruabūt ſibi Magiſtros pruriētes aurib⁹/et a veritate quidē auditum auertent/ad fabulas aūt cōuertent: Quorū falſas/ac inanes mētes p̄dicātes ipſi p̄fati non mō in rectā/veramq3 viā reducere minime ſtudent/ſed illa maiorib⁹ etiam errorib⁹ implicant: dum ſine vlla Canonū atteſtatiōe/vl' reuerētia/immo cōtra ipſas canonicas ſanctiones/ſacre ſcripture ſenſu3/multifariā ꝑuertentes/temereq3/ac perperā plerūq3 interp̄tantes: cōtra veritatē p̄dicare/terroreſq3/ac minas/multaq3 alia propediē affutura: iamq3 ingruentia/nulla prorſus legittima ratione muniti: ſed ſuo dūtaxat ſenſui obſequētes/cōminant/rep̄ſentant/adeſſeq3 aſſeuerāt: plerūq3 etiam vana quedā/et inania/et alia hmōi populis ingerere: et qđ enormius eſt/ab eternitatis lumine/et Sanctiſpiritus admonitiōe/aut infuſione illa ſe habere/aſſerere audent. Cumq3 ii ſub cōfictorū miraculorū mendaciis varios errores/fraudeſq3 diſſemināt/deniq3 popl'os: quos in euangelica doctrina ſedulo inſtruere/et in vera fide retinere/et cōſeruare deberent: ſermōes ſuos a ſenſu/et preceptis vniuerſalis Eccleſie retrahētes/a ſacriſq3 Cōſtitutionibus: quas maxime ſequi deberent: deuiantes/audi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0006-7

tores ſuos amouent/ ac longe faciunt a ſalute: Per hec
nanqꝫ/et alia hmōi / ſimpliciores hoīes: vt ad deceptionē
ꝓcliuiores a via ſalutiſ/ et obediētia Romane Eccleſie de
clinātes/in errores varios ꝑfacile inducunt: Propterea
Gregoriꝰ muneris ꝑitiſſimꝰ/ et feruore caritatiſ incenſus
p̄dicatores vehemēter hortat/et monet vt dicturi ad po
pulū/prudētes/cautiqꝫ accedant: ne dicendi impetu rap-
ti/verborū erroribꝰ/quaſi iaclis/audientiū corda cōfigāt:
Et cum ſapiētes fortaſſe videri deſiderant/ decepti ſpera
te virtutis cōpagem inſipienter diſcindant: Sepe nanqꝫ
verborū effectꝰ amittit/cū loquacitate importuna/vel in-
cauta/audientiū corda leuigant: et ſane in nullo alio ru-
dem ii plebem maiori dāno/ſcandaloqꝫ/afficiunt qꝫ cum:
vel tacendo p̄dicant: vel falſa/ et inutilia docendo/eam
in errorē inducunt: Que quoniā huic ſacre religioni/di-
uinitus inſtitute: vt noua/et aliena/oīno cōtraria eſſe no
ſcunt: graui certe/accuratoqꝫ ſunt examīe digna/ne ſcan
dalū poplo chriſtiano/et ſuorū autorū/ ac aliorū aīabus
interitū pariant: Nos igit ſancte dei Eccleſie/ cui diſpo
nente dn̄o p̄ſidemꝰ: que quidē vna eſt/et vnū deum p̄di
cat/colit: ac vnā fidem firmiter/et ſincere cōfitet/ iuxta il
lud Prophete vaticiniū: Qui habitare facit vniꝰ moriſ in
domo: vniformitatē (qꝫtuz cū deo poſſimꝰ) poſthabitā re
ducere/et retentā ꝯſeruare. Quicqꝫ poplo vbū dei p̄dicāt
tales eē cupiētes vt eoꝝ p̄dicatōe dei eccla nullū ſcādalū
patiat et ſi q̄ corrigibiles ſūt/ab iis: q̄ p̄ris/noſtriſqꝫ tꝑibꝰ
p̄ſūpſerūt. Cū nōnullos eorū/p̄ter illa q̄ diximꝰ/ in p̄dica
tionibꝰ ſuis/ nō viā ampliꝰ dn̄i in vtute docētes/nō euāge
liū (vt deberēt) explanātes: ſed ꝯficta miracla/et noua/ac
falſa vaticinia/aliaqꝫ leuia/ et ab anilibus fabulis parum
diſtantia/magnūqꝫ ſcandalum parientia/nulla deuotio-
nis/et autoritatis: eiuſqꝫ improbātis/ac repellentis hec/
habita ratiōe vaſtis clamoribꝰ imprimere/ac ſuadere vbi
qꝫ conantes: Et ne Pontificali quidē dignitate fulgenti



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0007-2

bus/et aliis Eccleſie Prelatis parcentes/quib⁹ potius
honorē/ac reuerentiā exhibere deberent: ſed in eorū p̄
ſonas/ac ſtatū audacter/ac temere inuehi cōſueuiſſe con
ſtet in futurū abſtineant: vt tam piculoſū/cōtagioſumq̨
malum/ac mortifera peſtis radicitus euellatur: et arefac
tum/ita penit⁹ deleatur: vt nec memoria eius remaneat:
Sacro approbante Concilio ſtatuim⁹/et ordinamus: vt
nullus/tam Clericus ſecularis q̄z cuiuſcūq̨/etiam mendi
cantiū ordinis regularis/aut quiuis ali⁹/ad quē facultas
predicandi/tam de iure/q̄z de cōſuetudine/vel priuilegio/
aut alias ptinet: ad hmōi officiū exercendū admittatur/
niſi prius p ſupiorem ſuum reſpectiue diligenter examia-
tus: in qua re conſcientiā ipſius ſupioris oneram⁹: ac mo
rum honeſtate/etate/doctrina/pbitate/prudētia/et vi-
te exemplaritate ad illud aptus/ac idoneus repiatur: et
hic quocūq̨ poſtea p̄dicaturus acceſſerit/de hmōi exami
ne/et idoneitate ſua p literas autenticas/ſeu alias ſui ex-
aminatoris/approbatoriſq̨: Epiſcopis/et aliis locorū
Ordinariis/fidem legitimā faciat. Mandantes omnib⁹:
qui hoc onus ſuſtinent: quiq̨ in futurū ſuſtinebunt: vt
euangelicam veritatem/et ſacram ſcripturam/iuxta decla
rationē/interpretationem/et ampliationem Doctorū:
quos Eccleſia/vel vſus diuturn⁹ approbauit/legendoſ-
q̨ hactenus recepit/et impoſterum recipiet: predicent/
et explanent: nec quicq̄z eius proprio ſenſui contrarium/
aut diſſonū/adiiciant: ſed illis ſp inſiſtant/que ab ipſius
ſacre ſcripture verbis rite/ac ſane/et prefatorū Doctorū
interp̄tationib⁹ intellectis/non diſcordāt. Temp⁹ quoq̨
prefixum futurorum malorum/vel Antichriſti aduentū/
aut certum diem iudicii predicare: vel aſſerere/nequaq̄z p̄
ſumant: cū veritas dicat: Non eſſe noſtrū noſſe tpa/vel
momenta: que Pater poſuit in ſua poteſtate. Ipſoſq̨/q̄
hactenus ſimilia aſſerere auſi ſunt/mentitos: ac eorū cau

ſa:reliquorū/etiā recte predicantiū autoritati/nō modicū
detractū fuiſſe conſtet. Inhibētes oībus/et ſingulis Cle
ricis ſecularibꝰ/et reglaribus p̄fatis: ceteriſq̄ȝ cuiuſcūq̄ȝ
ſtatus/ordinis/et cōditionis exiſtant: qui hoc onus aſ-
ſumēt:ne de cetero in ſermonibꝰ ſuis publicis:alia queq̄ȝ
futura/q̄ȝ que ex literis ſacris cōſtant/p̄dicere: nec illa a
Spirituſctō/vel diuina reuelatiōe ſe habuiſſe affirmare:
et alienas/inaneſq̄ȝ diuinatiōes aſſeuerāda/aut alio quo
q̄ȝ modo tractanda aſſumāt: ſed ex diuine vocis p̄cepto/
Euangeliū om̄i creature/cum viciorū deteſtatiōe/et vir
tutū cōmendatiōe:enucleent/et declarent: et pacē/ac di
lectionē mutuā/a Redemptore noſtro tanto ope cōmē-
datam/vbiq̄ȝ fouentes:non ſcindāt veſtem inconſutilem
Chriſti: ſed ab Epiſcoporū/et Prelatorū/ac aliorū ſupi
orū/eorumq̄ȝ ſtatus ſcandaloſa detractiōe: quos coram
vulgo/et laicis non mō incaute/ſed etiā intp̄anter repre
hendūt et mordent: et ab eis male geſtorū (expreſſis qū
q̄ȝ noībꝰ) apta/et manifeſta redargutōe abſtineāt. Deni
q̄ȝ Cōſtitutionē fe.re. Clemētꝫ Pape Quinti: q̄ incipit:
Religioſi: quā tenore p̄ſentiū innouamꝰ et approbmaꝰ:
inuiolabilr ab eis obſ̄uari debere decernimꝰ: vt hac rati
one ad vtilitatē poplī p̄dicantes: ⁊ eū dn̄o lucrifaciētes/
talentū qd̄ ab illo acceperāt ſuplucrari/et eiuſdē gratiā/
et gloriā cōſequi mereant. Ceterū/ſi quibuſdā dn̄s futu-
ra quedam in dei Eccleſia inſpiratiōe quapiam reuelaue-
rit/vt per Amos Prophetam ipſe p̄mittit: et Paulus
Apoſtolꝰ predicatorū Princeps: Spiritū inquit nolite
extinguere: Prophetias nolite ſpnere: hos aliorū fabu-
loſorū/et mendaciū gregi cōnumerari/vel aliter impedi
ri minime volumꝰ: Extinguit nāq̄ȝ ipſiꝰ gratia ſpiritus
(Ambroſio teſte) ſi incipientibꝰ loqui/feruor cōtradi-
ctione ſopitur/et tunc Spirituiſctō iniuriā certe fieri di
citur. Et quoniā res magni momenti eſt:eo/q̄ nō de ſa-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0009-6

cilli credendũ ſit omni ſpũi/ ſed ſint ꝓbandi ſpũs (teſte Apoſtolo) an ex deo ꝓueniãt. Volum⁹/ vt lege ordinaria tales aſſerte inſpirationes/ anteq̄ꝫ publicent/ aut populo p̄dicent/ ex nunc Apoſtolice Sedis exami reſeruate intelligant: Qđ ſi ſine more periculo id fieri non valeret: aut vrgens neceſſitas aliud ſuaderet/ tunc eodẽ ordine ſeruato: Ordinario loci notificent: vt ille/ adhibitis ſecum tribus/ aut q̄tuor doctis/ et grauib⁹ viris: et hmõi negocio cũ eis diligẽter examinato/ qñ id expedire videbunt/ ſuꝑ quo eorũ cõſciẽtias oneram⁹/ licentiã cõcedere poſſint. Si qui aũt in hmõi p̄dicatiõib⁹ miracl'a falſa/ aut incerta. vel Prophetias que ex ſacra ſcriptura nõ cõſtant: p̄dicare: ſeu Epis/ aut eorũ ſuꝑiorib⁹ p̄fatis detrahere auſi fuerint/ vltra penas cõtra tales a iure ſtatutas/ excõicationis etiam ſniam: a qua non: niſi a Ro. Pont. (preterq̄ꝫ in mortis articl'o cõſtituti) abſolui poſſint: eos incurrere volum⁹: Et vt eorũ exẽplo alii attentare ſimilia minime audeant/ eis p̄dicatiõis etiam officiũ interdictũ eſſe ꝑpetuo decernim⁹: Nõ obſtantib⁹ Cõſtitutionib⁹/ et Ordinationib⁹/ ac priuilegiis/ indultis/ et literis Apoſtolicis. Ordinib⁹/ et pſonis prefatis: etiã in Mari magno cõprehenſis: ac etiã a nobis forſan approbat/ innouatis/ vel etiam de nouo cõceſſis: que quo ad hoc nolum⁹ eis in aliquo ſuffragari. ¶ Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hanc paginã noſtrorũ ſtatuti/ ordinatiõis/ oneratiõis/ mandati/ inhibitiõis/ innouatiõis/ approbatiõis/ decreti/ et voluntatis infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. ¶ Si quis aũt hoc attentare p̄ſumpſerit/ indignationẽ oĩpotentis dei/ ac beatorũ Petri et Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat' Rome in publica Seſſione in Lateraneñ. Sacroſancta Baſilica ſolẽniter celebrata. Anno incarnatiõis dñice Milleſimoq̄ngenteſimoſextodecimo. xix. Decẽbris Pontificat⁹ nr̄i Anno Quarto.

D. de Comitibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0010-8

Ink A 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0011-3



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0012-9

# ndecime Seſſionis Refor-
# nis Predicatorū diuini ver

per. R. P. D. Joannem Epiſcopū Re
Illuſtriſſimorū Principū dn̄orū Jo-
n Principis Electoris: ac Alber
Magni Magiſtri Milicie or-
dinis Theotonicorū: Mar
chionū Branden-
burgēſiū Ora-
torem.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493795-p0013-5